Digitized by Google

600019854X

G 123. K. 4
For Pl. see
Oak Case. a. 13

E. BIBL. RADCL.

16553 d 19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Friederich Tiedemann's,

Lehrers der Anatomie und Physiologie an der Universität Heidelberg,

Erklärungen

seiner

Abbildungen

der

Pulsadern

des

menschlichen Körpers.

Karlsruhe,

im Verlag der C. F. Müller'schen Hofbuchhandlung.

1822.

Digitized by Google

Friederici Tiedemann,

Anatomes et Physiologiæ in Academia Heidelbergensi
Professoris,

Explicationes
Tabularum Arteriarum
Corporis Humani.

Carlsruhæ,
apud C. F. Müller.
MDCCCXXII.

Digitized by Google

Vorrede.

Obgleich mehrere Anatomen die Pulsadern des menschlichen Körpers genau beschrieben haben, so befinden sich die jungen Aerzte dennoch, selbst bei der fleissigsten Benutzung der Bücher, ohne Hülfe von Abbildungen, ausser Stand, grosse Fortschritte in der Kenntniss der Gefässe zu machen. Ich gestehe zwar, dass der Bau des menschlichen Körpers ungleich besser durch Leichenöffnungen als durch Abbildungen erkannt werden könne; die richtige Anstellung von Zergliederungen erfordert aber lange Uebung und Gewandtheit der Hände; Leichname sind indess nicht überall und zu jeder Zeit zu haben; und endlich besitzt nicht ein jeder die Geschicklichkeit, alles das aufzufinden und zu entwickeln, was in den Schriften geübter Anatomen beschrieben ist. Wir sind daher denjenigen Anatomen vielen Dank schuldig, die ihre Untersuchungen und Entdeckungen zum Nutzen der jungen Aerzte durch Abbildungen versinnlicht haben.

Wenige Anatomen aber haben, wie bekannt, vollkommen richtige und der Natur getreue Abbildungen geliefert. Die meisten haben entweder bei der Verferti-

Digitized by Google

Præfatio.

Multi licet sint anatomiæ cultores, qui arterias corporis humani diligentissime descripserint atque adeo earum cognitioni et augendæ et divulgandæ prospexerint; tamen haud negandum est, tyronem anatomicum, omne quamvis studium in libris perlustrandis collocet, seduloque animo volutet, quæ legit, sine tabularum auxilio parum esse profecturum. Fateor quidem, cadaverum sectionibus anatomiam majori certe utilitate quam iconibus nosci posse quam optime; sed diuturnam sedulamque in plurimis cadaveribus exercitationem et satis magnam manuum peritiam id exigit; deinde cadavera in promptu neque semper neque ubique habere licet; denique non quilibet tanta rei anatomicæ peritia instructus ad eorum sectiones accedit, quanta requiritur ad ea omnia prosequenda, quæ in exercitatorum anatomicorum libris referuntur. Hinc maximas habere gratias debemus iis summis viris, qui suas indagationes in tyronum commodum utilitatemque in tabulis sculptas tradidere.

Sed pauci sunt anatomiæ scriptores, qui figuras plane veras naturamque accurate referentes dederunt. Plurimi enim, vel ingenii tenuitate adducti, vel laboris molestia

Digitized by Google

gung derselben grosse Fehler in der Proportion, Lage, Perspective, Beleuchtung und Darstellungsweise begangen; oder sie haben aus Mangel an Talent und Kenntnissen die Theile unseres Körpers richtig abbilden zu lassen und die darauf zu verwendende Mühe scheuend, die Abbildungen zu ihren Schriften aus andern Werken mit wenig Genauigkeit übergetragen. Dass aber die Benutzung fehlerhafter Bilder dem angehenden Anatomen mehr schade als nutze, wird niemand läugnen.

Was die Abbildungen der Pulsadern betrifft, so sind nur die, welche Haller, Peter Camper, Scarpa und Sömmerring geliefert haben, vortrefflich zu nennen, und in jeder Hinsicht zum Studium zu empfehlen. Schade, dass Haller den grössten Theil seiner Gefäss-Tafeln verkleinert, und nach Kinder-Leichnamen hat verfertigen lassen. Camper stellte in seinen anatomisch-pathologischen Demonstrationen bloss die Arterien des Arms und des Beckens dar. Die vortrefflichen Abbildungen, so Scarpa in seinem unsterblichen Werk über die Pulsadergeschwülste mittheilt, zeigen nur die Arterien des Arms und des Schenkels. Sömmerring endlich hat allein die Gefässe der Sinnes-Organe meisterhaft dargestellt. Ein Werk also, in dem alle Arterien des menschlichen Körpers in der natürlichen Grösse, Lage und Verbreitung abgebildet sind, mangelt noch. Dies bewog mich, diese meine Tafeln mit Erklärungen zum Nutzen der Anatomen, Chirurgen und Aerzte herauszugeben.

Digitized by Google

perterriti, aliorum auctorum figuras mutuati sunt, quas vel rudes atque parum accurate delineatas in suos libros transtulerunt, vel proprias cadaverum sectiones adeo negligenter et præter naturæ ordinem delinearunt, ut partium figuras a naturali situ, proportione et ordine summopere discrepantes exhibuerint. Tabulas autem mancas nec summa cum cura exhibitas anatomiæ studiosis plus damni quam commodi afferre, nemo infitias ibit.

Quod ad arteriarum tabulas attinet, illæ tantum omnino egregiæ et summa laude dignæ sunt, quas viri celeberrimi et de studio anatomico optime meriti, Hallerus, Camperus, Scarpa et Sœmmerringius dederunt. Dolendum vero, quod Hallerus maximam iconum partem e cadaveribus infantum desumsit. Petrus Camperus in Demonstrationibus anatomico-pathologicis arterias modo brachii et pelvis exhibuit. Tabulæ elegantissimæ, quas celeberrimus Scarpa in opere immortali de anevrysmatibus proposuit, non nisi vasa brachii et femoris representant. Icones tandem arteriarum organorum sensuum quam optime expressas illustri Sœmmerringio debemus. Cum igitur opus adhuc desideretur, in quo omnes corporis humani arteriæ secundum naturalem magnitudinem, situm et decursum, delineatæ conspiciuntur, hasce meas Arteriarum Tabulas earumque explicationes in usum Anatomiæ, Chirurgiæ, et artis medicæ studiosorum edere aggressus sum.

Digitized by Google

Um wo möglich eine recht genaue und gründliche Kenntniss der Pulsadern zu erlangen, habe ich seit sechszehn Jahren die grösste Aufmerksamkeit auf den Ursprung und Verlauf derselben gerichtet; mehr denn fünfhundert menschliche Körper beiderlei Geschlechts und aller Alter habe ich zu diesem Behufe zergliedert. Wie viel Mühe auf diese Arbeit verwendet wurde, das können nur diejenigen beurtheilen, welche dieses Werk mit einigem Nachdenken betrachten werden. Sicherlich hätte ich eine mit so vieler Anstrengung und Zeitaufwand verbundene Arbeit nicht unternommen, wenn ich nicht die Hoffnung gehegt hätte, sie würde bei der Ausübung der Heilkunde einigen Nutzen gewähren.

Bei der Verfertigung der Abbildungen bestrebte ich mich, Männer zum Muster zu wählen, die durch classische Werke ihre grossen Verdienste um das Studium der Anatomie sattsam beurkundet haben; Albin, Haller, Camper, Scarpa und Sömmerring suchte ich in der Darstellung nach meinen geringen Kräften nachzuahmen. Die Tafeln zeigen die Lage und den Verlauf der Pulsadern, so wie ihre Beziehung und Verbindung mit den benachbarten Theilen, damit die Wundärzte recht deutlich einsehen mögen, welche Vortheile ihnen die Kenntnisse der Gefässe unseres Körpers bei der Behandlung und Heilung von Wunden gewähren. Durch eine Vergleichung erkrankter und verwundeter Theile mit diesen Abbildungen befinden sie sich im

Digitized by Google

Ut pleniorem et, si fieri posset, accuratissimam aliquam arteriarum cognitionem consequerer, indefessum studium per sedecim annos in vasorum origine atque decursu scrutando collocavi; quingentorum amplius humanorum cadaverum sectionibus manus adhibui, corpora utriusque sexus, omniumque ætatum haud mediocri diligentia perquisivi. Quantum temporis et sudoris huic labori impendi necesse fuerit, ii solum, qui hoc opus viderint, atque probe consideraverint, judicare possunt. Profecto tam arduum tantisque difficultatibus conjunctum laborem nequaquam suscepissem, ni commodum arti medicæ inde suboriturum, putassem.

In conficiendis iconibus Albinum, Hallerum, Camperum, Scarpam et Sœmmerringium, qui præclare de anatomia meruerunt, duces secutus et pro viribus imitari conatus sum. Tabulæ situm, nexum et decursum arteriarum exhibent, ut Chirurgis elucescat, quid in curatione et sanatione vulnerum valeat corporis nostri vasorum cognitio, utque ex comparatione partium morbo affectarum vel vulneratarum cum his tabulis pateret evidentius, sanguinis profluvio quomodo sit occurrendum, ubi vasa sint comprimenda vel liganda. In operationibus instituendis nil nisi earum consideratio opus est, ut, ubi et quo modo vasorum gravium læsio vitanda sit, pateat. Tabulæ ita sistunt partes cum arteriis suis sicuti per strata sese invicem insequuntur. In eis explicandis semper indicavi

Digitized by Google

Stande, zu erkennen, wie Blutergiessungen aus verletzten Gefässen zu stillen sind, wo Gefässe comprimirt oder unterbunden werden müssen. Bei anzustellenden Operationen bedarf es nur eines Blicks auf dieselben, um die Einsicht zu erlangen, wo und wie die Verletzung bedeutender Gefässe vermieden werden könne. Die Abbildungen stellen die Theile mit ihren Arterien so dar, wie sie Schichtenweise über einander liegen. Bei der Erklärung ist stets das Alter und Geschlecht der Menschen angegeben, nach deren Körper die Abbildung verfertigt wurde, denn es ist nöthig zu wissen, woher die Tafeln entlehnt sind, ob aus dem Leichnam eines Kindes, Erwachsenen oder Greises, und welchen Geschlechts diese waren, weil der Durchmesser, die Lage und der Verlauf der Arterien nach dem Alter und Geschlecht Abweichungen zeigen.

Je mehr man menschliche Körper untersucht, um so mehr wird der Blick geschärft, für das was regelmässig oder abnorm ist. Bekannt ist es, dass keine Gebilde so oft und auf so verschiedene Weise hinsichtlich des Ursprungs, des Verlaufs und der Vertheilung abweichen, als die Pulsadern, und das ergibt sich sattsam aus den vielen Beobachtungen über die Varietäten der Gefässe, die wir in den Schriften der Anatomen aufgezeichnet finden. So nothwendig dem Arzte und Chirurgen die Kenntniss des regelmässigen Ursprungs und Verlaufs der Arterien ist, so nothwendig und nützlich ist ihm auch die Kunde von deren

Digitized by Google

ætatem ac sexum hominum, e quorum corpore tabulæ depictæ sunt; nam quia pro ætatis et sexus discrimine plurimum discrepant arteriarum diametri, earum relationes ac curvaturæ seu directiones, haud parum refert scire, utrum infantilis an juvenilis an senilis ætatis, et cujusnam sexus fuerit corpus.

Quo quis sæpius corporis humani fabricam perlustrat, eo frequentior sese ipsi offert occasio talia videndi, talia observandi, qualia vel regularem vel abnormem corporis statum illustrare valent. Satis notum est, nullas corporis nostri partes tam frequenter tamque diversimode quoad ortum, decursum et distributionem ludere, quam vasa, idque plurimi anatomiæ cultores multis confirmarunt exemplis. Difficile quidem est constituere in quovis casu, quænam varietas commodo eveniat œconomiæ animali, quæve turbare eam valeat; nihilominus dignæ omnes attentione sedulorum fabricæ nostræ scrutatorum æstimandæ sunt. Quemadmodum naturalis vasorum ortus ac distributionis cognitio merito et medicis et chirurgis maxime necessaria habetur, sic aberrationum memoratio sua utilitate minime caret, sed potius aptos illos reddit ad mala, quæ in cognoscendis morbis et instituendis operationibus facillime nascuntur, evitanda. Chirurgi et medici e varietatum cognitione corollaria hominibus, qui vel vulnerati sunt vel cum labe conflictantur, salutaria elicere commode queunt.

Digitized by Google

Abweichungen, um leicht zu begehende Fehler in der Diagnose von Krankheiten und bei anzustellenden Operationen zu vermeiden. Scharfsinnige Aerzte und Chirurgen vermögen aus dieser Kenntniss wichtige Folgerungen zu ziehen. Die Abweichungen der Arterien, welche ich in der grossen Anzahl von Leichnamen auffand, die ich zum Behufe der in diesem Werke enthaltenen Abbildungen zergliederen musste, habe ich angemerkt, und die wichtigsten, so entweder Nachtheile in den Verrichtungen der thierischen Oekonomie veranlassen, oder aber bei der Ausübung der Chirurgie berücksichtigt zu werden verdienen, habe ich abbilden lassen.

Die Abbildungen hat Herr Professor Roux nach der Natur aufs genaueste in der richtigen Lage, Gestalt und Verbindung entworfen und ausgeführt. Der Verlauf der Muskelfasern ist durch Schatten und Licht gehörig herausgehoben; die Pulsadern sind durch quere oder kreisförmige Linien, die weissen oder glänzenden Nerven und Sehnen durch der Länge nach laufende Punkte angedeutet, und andere Organe und Theile sind durch besondere, ihre Beschaffenheit gehörig ausdrückende Manieren versinnlicht. Alle Original-Zeichnungen wurden unter unserer gemeinsamen Aufsicht nach den Regeln des Steindrucks durch Künstler des lithographischen Instituts des Herrn C. F. Müller in Karlsruhe, auf Stein übergetragen.

Digitized by Google

Quum quotannis insignem cadaverum numerum anatomico cultro subjicere soleam, et corporis nostri fabricam publice et privatim ostendam, ac præterea juvenes medicos doceam, quomodo cadavera secent, necesse sit, ut structuram et functiones hominis cognoscant, utque demum anatomices gnari, boni chirurgi ac medici evadant; fieri non potest, quin multa occurrant, unde et Chirurgi et Medici utilitatem haurire queant. Arteriarum varietates ex magno numero cadaverum, quæ ad hoc opus perficiendum secare coactus fui, sedulo adnotavi, illasque præ reliquis depingendas curavi, quæ vel noxam inferre partium functionibus possunt, vel in chirurgia exercenda majoris momenti esse videbantur.

Cadaverum anatomicas sectiones secundum veram propriamque singularum partium structuram, situm, figuram, ordinem atque nexum in Tabulis accuratissime delineavit celeberrimus Roux, in arte pictoria exercitatissimus. In musculis fibrarum decursum expressit; arterias lineis transversis exhibuit; tendines et nervos albedine splendentes punctis secundum longitudinem sparsis significavit; reliqua denique organa ac partes modis diversis maxime earum naturæ analogis adumbravit. Tabulas secundum leges artis lithographicæ sub oculis nostris in lapides transtulerunt delineatores Instituti lithographici, cui Carlsruhæ florenti præest C. F. Müller.

Digitized by Google

Da in einigen Figuren viele Arterien vorkommen, die Zweige aber oft so klein und zahlreich sind, dass sie auf den Linear-Tafeln nicht wohl alle durch Ziffern angedeutet werden konnten, so habe ich für die kleineren Zweige die Bezeichnungen weggelassen, damit die Tafeln nicht durch Ueberladung mit Ziffern an Deutlichkeit verlieren mögten. Endlich muss ich noch erinnern, dass, wenn sich die Ziffern nicht immer auf den anzudeutenden Theilen befinden, dies allein der Deutlichkeit wegen geschehen sey; indess wird dennoch jeder, der nur einige anatomische Kenntnisse besitzt, leicht erkennen, was dadurch bezeichnet werden soll.

Heidelberg, 1822.

Tiedemann.

Digitized by Google

Cum in nonnullis figuris multæ arteriæ reperiantur, rami vero sæpe tam parvi ac crebri sint, ut in tabulis linearibus non commode omnes numerorum signis indicari possint, ramorum minorum signa omisi, ne nimia signorum multitudo tabularum perspicuitati officeret. Monere tandem operæ pretium arbitror, si in quibusdam particulis indicati numeri leviter aliquando aberrent atque non ad amussim in punctum indicatum incidant, id particularum exilitati esse tribuendum; ceterum in illis locis, in quibus id vitari non potuit, etiam ab homine mediocriter in anatomicis versato, quid designetur, facile perspici posse, censemus.

Heidelbergæ, MDCCCXXII.

Tiedemann.

Digitized by Google

Erklärungen
der
Abbildungen
der
Pulsadern
des
menschlichen Körpers.

Expli-

Digitized by Google

Explicationes Tabularum Arteriarum Corporis humani.

Digitized by Google

Erste Tafel.

Sie zeigt die Lage des Herzens und der Aorta oder der grossen Körper-Pulsader, in dem Körper eines Mannes von vier und zwanzig Jahren.

1. 1. 2. 2. 3. 3. 4. 4. 5. 5. 6. Die durchsägten oberen Rippen beider Seiten.

7. 7. Durchschnittene Schlüsselbeine.

8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. Zwischen-Rippen-Muskeln.

9. 9. 9. 9. 9. 9. 9. Die Ränder der abgeschnittenen grossen Brust-Muskeln.

10. 10. Vordere Rippen-Halter.

11. 11. Brustbein-Theil des Kopfnickers.

12. 12. Schlüsselbein-Theil des Kopfnickers.

13. 13. Schildknorpel.

14. 14. Abgeschnittene Brustbein-Zungenbein-Muskeln.

15. 15. — — Brustbein-Schildknorpel-Muskeln.

16. 16. — — Schulterblatt-Zungenbein-Muskeln.

17. 17. Schilddrüse.

18. Luftröhre.

19. 19. 19. 19. Lungen.

20. 20. 20. 20. 20. 20. 20. 20. Geöffnete Brustfell-Säcke.

21. 21. 21. 21. 21. 21. Geöffneter Herzbeutel, in dem man das Herz liegen sieht.

22. Gemeinschaftlicher Stamm der rechten Schlüsselbein- und Hals-Vene.

23. Gemeinschaftlicher Stamm der linken Schlüsselbein- und Hals-Vene.

Digitized by Google

Tabula Prima.

Exhibet hæc Tabula situm Cordis et Aortæ in cadavere viri viginti quatuor annorum.

1. 1. 2. 2. 3. 3. 4. 4. 5. 5. 6. Costæ superiores utriusque lateris dissectæ.
7. 7. Claviculæ abscissæ.
8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. 8. Musculi intercostales.
9. 9. 9. 9. 9. 9. Musculi pectorales majores.

10. 10. Musculi scaleni antici.
11. 11. Portio sternalis musculi sterno-cleido-mastoidei resecta.
12. 12. Portio clavicularis musculi sterno-cleido-mastoidei abscissa.
13. 13. Cartilago thyreoidea.
14. 14. Musculi sterno-hyoidei abscissi.
15. 15. — sterno-thyreoidei —
16. 16. — omo-hyoidei —
17. 17. Glandula thyreoidea.
18. Trachea.
19. 19. 19. 19. Pulmones.
20. 20. 20. 20. 20. 20. 20. 20. Pleuræ.
21. 21. 21. 21. 21. 21. Pericardium apertum, in quo conspicitur cor.
22. Truncus communis venæ subclaviæ et jugularis dextræ.
23. Truncus communis venæ subclaviæ ac jugularis sinistræ, seu vena jugularis thoracica.

Digitized by Google

24. Stamm der oberen Hohlader.
25. Derselbe Venenstamm in den rechten Venensack hinabsteigend und vom Herzbeutel umhüllt.
26. Rechter Venensack.
27. Rechtes Herzohr.
28. Rechte oder Lungen-Herzkammer.
29. Lungen-Pulsader aus dem arteriösen Kegel der rechten Herzkammer entspringend.
30. Rechter Ast der Lungenarterie unter dem Bogen der Aorte zur Lunge gehend.
31. Linker Ast der Lungenarterie.
32. Linkes Herzohr.
33. Linke- oder Aorten-Herzkammer.
34. 34. 34. Zweige der rechten Kranzarterie des Herzens vom Herzbeutel bedeckt.
35. Vorderer Ast der rechten Kranzarterie in der vorderen Längsfurche zwischen den beiden Kammern bis zur Spitze des Herzens verlaufend.
36. Stamm der Aorte oder der grossen Körperpulsader zwischen der Lungenarterie und dem rechten Venensack aufsteigend.
37. Bogen der Aorte a).

a) Haller (De partium corporis humani praecipuarum fabrica et functionibus T. 4. p. 7.) äussert bei der Angabe der aus dem Bogen der Aorte entspringenden Aeste, dass nur bei dem Menschen drei Aeste aus dem Bogen der Aorte entsprängen. Der erste Ast sei die rechte Schlüsselbein- und Kopf-Arterie, der zweite die linke Kopf-Arterie und der dritte die Schlüsselbein-Arterie derselben Seite.

Diese Anordnung ist aber nach meinen Untersuchungen keineswegs dem Menschen eigenthümlich, denn ich fand sie ebenfalls bei mehreren Affen, namentlich bei Simia aethiops, sciurea und capucina; ferner beim Igel, Maulwurf, bei der Hausmaus und Ratte, im Bieber, dreizehigen Faulthier und gemeinen Delphin.

Digitized by Google

24. Truncus venæ cavæ superioris.
25. Truncus ejusdem venæ in sinum dextrum descendens, pericardio obvolutus.
26. Sinus dexter seu Atrium cordis dextrum.
27. Auricula dextra.
28. Ventriculus dexter seu pulmonalis.
29. Arteria pulmonalis e cono arterioso ventriculi dextri proveniens.
30. Ramus dexter arteriæ pulmonalis sub arcu aortae in pulmonem abiens.
31. Ramus sinister arteriæ pulmonalis.
32. Auricula sinistra.
33. Ventriculus sinister sive aorticus.
34. 34. 34. Ramuli arteriæ coronariæ cordis dextræ, quos pericardium investit.
35. Ramus anterior arteriæ coronariæ cordis sinistræ in crena utrumque inter ventriculum usque ad apicem decurrens.
36. Truncus arteriæ aortæ inter arteriam pulmonalem et sinum dextrum ascendens.

37. Aortæ arcus [a]).

a) Hallerus (De Partium corporis humani praecipuarum fabrica et functionibus T. 4. p. 7.) ita loquitur de ramis ex arcu aortae prodeuntibus: Homini, hactenus soli inter ea animalia, quae mihi incidisse contigit, tres rami distincti de convexitate magni arcus proveniunt, ut omnino voce aortae adscendentis absque errore nequeamus uti. Eorum ramorum primus subclavia dextra est, quae porro sui lateris carotidem generat; alter est carotis sinistra, tertius subclavia ejusdem lateris.

Plane eandem originem vasorum ex aortae arcu procedentium observavi in Simia aethiope, sciurea, capucina, Erinaceo, Talpa, Mure ratto et domestico, Castore, Bradypode tridactylo et Delphino delphi.

Digitized by Google

38. Gemeinschaftlicher Stamm der rechten Kopf- und Schlüsselbein-Pulsader.

Die Länge dieses Stamms ist in verschiedenen Körpern sehr verschieden. Bei grossen und schlanken Menschen fand ich den Stamm länger als bei solchen mit kurzem Halse.

39. Rechte Kopf-Arterie.

40. Rechte Schlüsselbein-Arterie.

†. Wirbel-Pulsader.

41. Stamm der unteren Schilddrüsen-Arterie.

42. Eigentlicher Schilddrüsen-Ast.

43. Obere oder quere Schulterblatts-Arterie.

44. Oberflächliche Nacken-Pulsader.

††. Aufsteigende Nacken-Pulsader.

45. Innere Brust-Pulsader.

46. Stamm der rechten Schlüsselbein-Pulsader zwischen dem vorderen und seitlichen Rippenhalter durchgehend.

Daubenton sah dieselbe Anordnung bei Simia sciurea (Buffon Hist. naturelle T. 15. p. 74.), capucina (ebend. p. 57.) rosalia (p. 113.), apella (T. 15. p. 49.), bei Lemur tardigradus (T. 13. p. 217.), im Waschbären (T. 8. p. 548.), zweizehigen Faulthier (p. 56.), zweizehigen Ameisenfresser (T. 10. p. 171.), Hamster (T. 8. p. 150.), in der Wander-Ratte (T. 8.p. 212.), und im Bieber (p. 316.).

Ducrotay de Blainville (Description sur la place, que la famille des Ornithorinques et des Echidnes doit occuper dans les series naturelles. Paris 1812. p. 34.) nahm sie gleichfalls wahr bei demSchnabelthier und dem Echidna. J. F. Meckel im dreizehigen Faulthier (Beiträge zur vergleichenden Anatomie B. 2. Heft 1. S. 130.) und dreizehigen Ameisenfresser (Deutsch. Archiv für die Physiologie B. 5. S. 59.).

Uebrigens zeigt der Ursprung der aus dem Aorten-Bogen entspringenden Aeste bei den Säugethieren Abweichungen wie bei dem Menschen, denn so fand ich in einem Kapuziner-Affen und in einem Waschbären einmal nur zwei aus dem Bogen entspringende Aeste, von denen der erste grössere den gemeinschaftlichen Stamm der rechten Schlüsselbeinarterie und der beiden Kopfarterien, der zweite kleinere aber die linke Schlüsselbeinarterie darstellte.

Digitized by Google

38. Truncus communis arteriæ carotidis et subclaviæ dextræ, s. truncus anonymus seu arteria innominata.

Longitudo anonymæ magnopere variat in diversis corporibus; in iis procerioris staturæ longiorem vidi, quam in hominibus collo brevi præditis.

39. Arteria carotis dextra.

40. Arteria subclavia dextra.

†. Arteria vertebralis.

41. Truncus arteriæ thyreoideæ inferioris.

42. Ramus thyreoideus proprius.

43. Arteria transversa scapulæ.

44. Arteria cervicalis superficialis

††. Arteria cervicalis ascendens.

45. Arteria mammaria seu thoracica interna.

46. Truncus arteriæ subclaviæ inter musculum scalenum anticum et lateralem procedens.

Daubenton hanc vasorum dispositionem vidit in Simia sciurea (Buffon Hist. natur. T. 15. p. 74.), capucina (ib. p. 57.) rosalia (ib. p. 113.), apella (T. 15. p. 49.), Lemure tardigrado (ib. T. 13. p. 217.), Lotore (ib. T. 8. p. 348.), Bradypode didactylo (ib. p. 56.), Myrmecophaga didactyla (ib. T. 10. p. 171.), Criceto (ib. T. 8. p. 150), Mure decumano (ib. T. 8. p. 212.) et Castore (ib. p. 316.).

Ducrotay de Blainville (Dissertation sur la place, que la famille des Ornithorinques et des Echidnes doit occuper dans les series naturelles. Paris 1812. p. 54.) eandem observavit in Ornithorynco et Echidna. J. F. Meckel vidit in Bradypode tridactylo (Beiträge zur vergleichenden Anatomie B. 2. Heft 1. S. 130.) et Myrmecophaga didactyla (Deutsch. Archiv für die Physiologie B. 5. S. 59.).

Ceterum notandum est, originem ramorum ex aortae arcu provenientium in mammalibus sicuti in homine variare, nam in Simia capucina et Lotore duos tantummodo ramos ex arcu aortae emergentes vidi, quorum prior et major arteriam anonymam sistebat, posterior vero et minor subclavia sinistra erat.

Digitized by Google

47. Linke Kopf-Pulsader.
48. Linke Schlüsselbein-Pulsader.
* Wirbel-Pulsader.
49. Untere Schilddrüsen-Arterie.
50. Schilddrüsenast.
** Aufsteigende Nacken-Pulsader.
51. Quere Schulterblatts-Pulsader.
52. Oberflächliche Nacken-Arterie.
53. Linke innere Brust-Arterie.
54. Schlüsselbein-Arterie zwischen den Rippenhaltern in schräger Richtung über die erste Rippe laufend.
55. 55. Zweige der unteren Schilddrüsen-Pulsader.
56. 56. Zweige der oberen Schilddrüsen-Arterie.

Zweite Tafel.

Erste Figur.

Sie stellt die Kranz-Pulsadern oder die Ernährungs-Gefässe des Herzens auf der vorderen Fläche dar.

A. Abgeschnittener Stamm der oberen Hohl-Vene.
B. Rechter Venensack.
C. Rechtes Herzohr.
D. Lungen-Herzkammer.
E. Arteriöser Kegel, die aus ihm entspringende Lungenarterie ist abgeschnitten, damit man den Ursprung der Kranzarterien sehen könne.
F. Linker Venensack.
G. Linkes Herzohr.
H. Lungen-Venen der linken Seite.
I. Aorten-Herzkammer.
K. Stamm der Aorte.
a. Rechte Kranzarterie des Herzens aus der Aorte ent-

47. Caro-

Digitized by Google

47. Carotis sinistra.
48. Arteria subclavia sinistra.
* Arteria vertebralis.
49. Arteria thyreoidea inferior.
50. Ramus thyreoideus.
** Arteria vertebralis ascendens.
51. Arteria transversa scapulæ.
52. Arteria cervicalis superficialis.
53. Arteria mammaria sinistra.
54. Arteria subclavia inter scalenos prodiens et obliquo ductu super costam primam descendens.
55. 55. Ramuli arteriæ thyreoideæ inferioris.
56. 56. Ramuli arteriæ thyreoideæ superioris.

Tabula Secunda.

Figura I.

Sistit arterias coronarias cordis seu cardiacas a facie anteriori.

A. Truncus venæ cavæ superioris abscissus.
B. Sinus dexter.
C. Auricula dextra.
D. Ventriculus pulmonalis.
E. Conus arteriosus cum arteria pulmonali resectus, ut melius origines arteriarum cardiacarum conspici possint.
F. Sinus sinister.
G. Auricula sinistra.
H. Venæ pulmonales sinistræ.
I. Ventriculus aorticus.
K. Arteriæ aortæ truncus.
a. Arteria coronaria cordis dextra, s. anterior, s. infe-

Digitized by Google

springend und in der Kreisfurche zwischen der Grundfläche der Lungenkammer und dem rechten Venensack verlaufend.

b. Linke Kranzarterie des Herzens zwischen der Lungenarterie und dem linken Herzohr aus der Aorte kommend.

1. 1. 1. Zweige der rechten Kranzarterie zum rechten Venensack wandernd.

2. 2. 2. Zweige zur rechten Herzkammer.

* Fortsetzung der rechten Kranzarterie zur hinteren oder unteren Fläche des Herzens sich wendend.

3. 3. Zweige der linken Kranzarterie für die Aortenkammer.

4. 4. 4. Vorderer grosser Ast in der Längsfurche zwischen beiden Kammern bis zur Spitze sich hinschlängelnd, und dann gegen die untere Fläche des Herzens sich krümmend.

5. Kranzast zur hinteren Fläche des Herzens tretend.

Zweite Figur.

Zeigt die Kranzarterien an der hinteren Fläche des Herzens.

A. Rechter Venensack.

B. Mündung der unteren Hohlader.

C. Stamm der grossen Kranzvene des Herzens in den rechten Venensack einmündend.

D. Linker Venensack.

E. Linkes Herzohr.

F. G. Lungenvenen der rechten Seite.

H. I. Lungenvenen der linken Seite.

K. K. Lungenkammer.

L. L. Aortenkammer.

Digitized by Google

rior, ex aorta emergens inque fossa inter basin ventriculi pulmonalis et sinum dextrum decurrens.

b. Arteria coronaria cordis sinistra, s. posterior, s. superior, ex aorta inter arteriam pulmonalem et auriculam cordis sinistram oriens.

1. 1. 1. Ramuli ex arteria coronaria dextra ad sinum venarum cavarum migrantes.

2. 2. 2. Rami ventriculum dextrum adeuntes.

* Continuatio arteriæ coronariæ dextræ ad faciem posteriorem tendens.

3. 3. Rami arteriæ coronariæ sinistræ ad ventriculum sinistrum.

4. 4. 4. Ramus anterior magnus serpentino ductu in crena utrumque inter ventriculum usque ad apicem cordis decurrens, et dein intra apices utriusque ventriculi ad faciem inferiorem cordis reflexus.

5. Ramus circumflexus ad faciem posteriorem cordis migrans.

Figura II.

Repræsentat arterias cardiacas a facie posteriori.

A. Sinus dexter.

B. Ostium venæ cavæ inferioris.

C. Venæ coronariæ magnæ truncus in atrium dextrum desinens.

D. Sinus sinister.

E. Auricula sinistra.

F. G. Venæ pulmonales dextræ.

H. I. Venæ pulmonales sinistræ.

K. K. Ventriculus pulmonalis.

L. L. Ventriculus aorticus.

Digitized by Google

1. Hinterer Ast der rechten Kranzarterie.

2. Zweig zum rechten Venensack.

3. 3. 3. 3. Ast zwischen den beiden Kammern in der Längsfurche absteigend und Zweige zu den Kammern abschickend.

4. Ast der linken Kranzarterie an der Spitze des Herzens rückwärts gekrümmt und mit dem absteigenden Ast zusammen mündend.

5. Fortsetzung des hinteren Kranzastes.

6. Zweig zum rechten Venensack.

7. 7. Zweige welche sich in die linke Herzkammer verbreiten.

8. 8. Zweige zum linken Venensack wandernd.

9. Anastomosirender hinterer Ast der linken Kranzarterie.

10. 10. Rückwärts gebogene Zweige auf dem rechten Venensack.

11. 11. Zweige auf dem linken Venensack.

Bisweilen zeigen die Kranzarterien des Herzens hinsichtlich der Zahl und des Verlaufs Abweichungen von der hier abgebildeten Norm. Thebes [a]) sah nur eine sehr grosse Kranzarterie aus der Aorte entspringen, die sich gleich nach dem Ursprung in zwei Aeste theilte. Winslow [b]) und Fiorati [c]) beobachteten drei Kranzarterien.

Die folgenden Figuren stellen die verschiedenen Abweichungen der Aorte und der aus ihrem Bogen entspringenden Aeste dar; diese nämlich entstehen nicht immer

a) Diss. de circulo sanguinis in corde. Lugd. Batav. 1716. 8. p. 6.

b) Exposition anatomique de la structure du corps humain. Paris 1732. p. 366.

c) Atti della Academia di Padoua. T. 3. P. 1. p. 38.

Digitized by Google

1. Ramus posterior circumflexus arteriæ coronariæ cordis dextræ.
2. Ramulus ad sinum dextrum.
3. 3. 3. 3. Ramus inter utrumque ventriculum descendens, ramulosque mittens ad faciem posteriorem ventriculorum.
4. Ramus arteriæ coronariæ sinistræ inter apices ventriculorum reflexus et cum ramo descendente anastomasin iniens.
5. Continuatio rami posterioris circumflexi.
6. Ramulus ad sinum dextrum.
7. 7. Ramuli ventriculum sinistrum adeuntes.

8. 8. Ramuli ad sinum sinistrum migrantes.
9. Ramulus circumflexus posticus arteriæ coronariæ sinistræ anastomoticus.
10. 10. Ramuli sinus dextri reflexi.

11. 11. Ramuli sinus sinistri.

Arteriæ coronariæ cordis, interdum quoad numerum et decursum a norma depicta aberrant. Thebesius [a]) unam solummodo eoque majorem truncum ex arteria aorta emergentem observavit, qui statim in duos dispescebatur ramos. Tres arterias coronarias viderunt Winslow [b]) et Fiorati [c]).

Figuræ sequentes exhibent præcipuas varietates arteriæ aortæ et ramorum ex arcu aortæ prodeuntium; rami enim ex arcu producti non semper eodem modo oriun-

a) Diss. de circulo sanguinis in corde. Lugd. Batav. 1716. 8. p. 6.

b) Exposition anatomique de la structure du corps humain. Paris 1732. p. 566.

c) Atti della Academia di Padoua. T. 5. P. 1. p. 38.

Digitized by Google

auf dieselbe Weise, oder wenn sie auch im Ursprunge nicht abweichen, so ist ihr Verlauf doch unregelmässig. Ich werde hier sowohl diejenigen Varietäten mittheilen, welche ich zu beobachten Gelegenheit hatte [a]), als auch diejenigen so ich in den Schriften anderer Anatomen abgebildet fand.

Dritte Figur.

Sie zeigt die seltene Abweichung der Aorte, die Klinz [b]) in dem Leichnam eines Soldaten beobachtet hat. Die Aorte bildete hier eigentlich keinen Bogen, sondern sie theilte sich, sobald sie aus der linken Herzkammer entsprungen war, in einen aufsteigenden und einen absteigenden Stamm, von denen jener die Kopf- und Schlüsselbein-Arterien abgab [c]).

---

a) J. N. Bayer praes. F. Tiedemann Diss. de ramis ex arcu aortae prodeuntibus. Salzburg 1817. 4. cum tabul. lithographica.

b) Abhandlungen der Josephinischen Medicinisch-chirurgischen Akademie. Wien 1787. B. 1. S. 271. Taf. 6.

c) Diese Anordnung kommt bei den wiederkauenden Thieren als Norm vor, namentlich bei dem Schaaf, der Ziege, dem Ochsen, Hirsch, Reh, Rennthier (Daubenton a. a. O. T. 12. p. 182.), dem ein- und zweihöckerigen Kameel (Daubenton T. 11. p. 260. p. 432.), der Gemse (Daub. T. 12. p. 182.); ebenso bei den einhufigen Thieren, dem Pferd, Esel und Zebra (Daub. T. 12. p. 17.); und bei den meisten schweinsartigen Thieren, dem Schwein, dem Tajassu (Daub. T. 10. p. 58.) und dem Rhinoceros (Cuvier Anatomie comparée T. 4. p. 248.). Selten findet sie sich bei Thieren aus der Ordnung der Nager und vierhändigen Thiere; doch sah ich sie im Aguti und im Mongus-Maki. Daubenton nahm sie wahr im Wasser-Halbkaninchen (T. 12. p. 592.) und im Paka (T. 10. p. 276.), im Mongus-Maki (T. 13. p. 201.) und im Mococo-Maki (ib. p. 189.). Sie scheint den langhalsigen Thieren eigenthümlich zu seyn.

Aus der Untersuchung von Thieren entsprang wahrscheinlich die von älteren Anatomen angegebene Eintheilung der Aorte des Menschen, in die auf- und absteigende, wie Morgagni, Heister und andere richtig vermuthet haben.

Digitized by Google

tur, aut licet solito more originem trahant, non in omnibus corporibus ad eandem normam sese distribuunt. Varietates, quas in origine et decursu truncorum ex arcu aortæ prodeuntium vel ipse observavi [a]), vel ab aliis anatomiæ cultoribus aut depictas, aut descriptas vidi, hic proferam.

Figura III.

Repræsentat rarissimam aortæ aberrationem, quam Klinz [b]) in cadavere militis viginti annorum observavit. Aorta nullum formabat arcum, sed e ventriculo sinistro profecta statim in truncum ascendentem et descendentem dirimebatur, quorum illa arterias carotides et subclavias emittebat [c]).

---

a) J. N. Bayer praes. F. Tiedemann Diss. de ramis ex arcu aortae prodeuntibus. Salzburg 1817. 4. cum tab. lithogr.

b) Abhandlungen der Josephinischen Medicinisch-chirurgischen Akademie. Wien 1787. B. 1. S. 271. Taf. 6.

c) Haec aortae constitutio occurrit in animalibus ex Ordine Pecorum, in Ove, Capra, Tauro, Cervo elapho, capreolo, tarando (Daubenton l. c. T. 12. p. 182), Camelo tromedario et bactriano (Daub. T. 11. p. 260. p. 432.), Antilope rupicapra (Daub. T. 12. p. 182); nec non in solidungulis, Equo, Asino et Zebra (Daub. T. 12. p. 17.); in plerisque Belluis v. gr. in Sue scrofa et tajassu (Daub. T. 10. p. 58.), nec non in Rhinocerote (Cuvier Anatomie comparée T. 4. p. 248.). Raro observatur in mammalibus ex ordine Glirium et Quadrumanorum; attamem vidi in Cavia aguti et in Lemure mongoz. Daubenton observavit in Cavia cabybara (T. 12. p. 392.) et paca (T. 10. p. 276.), in Lemure mongos (T. 13. p. 201.) et catta (ib. p. 189.). Haec vasorum dispositio mammalibus longo collo praeditis peculiaris esse videtur.

Inde illa vulgata humanae aortae divisio in ascendentem et descendentem orta est, quam pristini temporis anatomiae cultores in operibus promulgarunt.

Digitized by Google

A. Rechtes Herzohr.
B. Linkes Herzohr.
C. Lungenarterie.
D. Stamm der Aorte.
E. Aufsteigende Aorte.
F. Stamm der rechten Schlüsselbein- und Kopf-Arterie.
G. Linke Kopfarterie.
H. Linke Schlüsselbein-Pulsader.
I. I. Absteigende Aorte.

Vierte Figur.

Bisweilen entspringen nur zwei Hauptstämme aus dem Bogen der Aorte, von denen einer die Kopf- und Schlüsselbein-Arterie der rechten, der andere die der linken Seite abgibt. Diese Abweichung wurde zweimal von Vinc. Malacarne [a]) und einmal von Biumi [b]) beobachtet. Ich sah einen Fall der Art in der anatomischen Sammlung zu Berlin.

A. Aorte.
B. Rechter gemeinschaftlicher Stamm.
1. Rechte Schlüsselbein-Pulsader.
2. Rechte Kopfarterie.
C. Linker gemeinschaftlicher Stamm.

A. Auri-

---

a) Osservazione in Chirurgia. Torino 1784. T. 2. p. 119.

b) Observationes anatomicae p. 133.

Diese sehr symmetrische Anordnung der aus dem Bogen der Aorte entspringenden Gefässe fand ich in der Fledermaus; der linke Gefäss-Stamm war nur etwas kürzer als der rechte (a. a. O. Tab. 1. Fig. 2.). Daubenton sah sie in Pteropus rufus (T. 10. p. 70.). Sie scheint der ganzen Ordnung der Chiropteren zuzukommen. Cuvier (Anat. comp. T. 4. p. 249.) nahm sie auch im Braunfisch (Delphinus phocaena) wahr. Es ist nicht unwahrscheinlich, dass sie überhaupt den Säugethieren mit kurzem Halse eigenthümlich ist.

Digitized by Google

A. Auricula cordis dextra.
B. Auricula cordis sinistra.
C. Arteria pulmonalis.
D. Truncus aortæ.
E. Aorta ascendens.
F. Truncus arteriæ subclaviæ et carotidis dextræ.
G. Carotis sinistra.
H. Subclavia sinistra.
I. I. Aorta descendens.

Figura IV.

Interdum duo trunci communes seu anonymi ab aortæ arcu proficiscuntur, quorum alter constituit carotidem et subclaviam dextri, alter vasa sinistri lateris. Hæc varietas bis a Vinc. Malacarne [a]) et semel a Biumi [b]) observata est. Ego vidi in Museo anatomico Berolinensi.

A. Arteria aorta.
B. Truncus communis dexter.
1. Arteria subclavia dextra.
2. Arteria carotis dextra.
C. Truncus communis sinister.

---

a) Osservazione in Chirurgia. Torino 1784. T. 2. p. 119.

b) Observationes anatomicae p. 153.

Hanc vasorum distributionem symmetricam in Vespertilione noctula conspexi; arteria anonyma sinistra brevior erat dextra (De ramis ex arcu aortae prodeuntibus Tab. 1. Fig. 2.). Daubenton in Pteropode rufo (T. 10. p. 70.) observavit. Eodem vasorum ordine absque dubio et reliqua Chiroptera gaudent. Occurrit denique, teste Cuvier (Anat. compar. T. 4. p. 249. 1, in Delphino phocaena. Haec dispositio, ut videtur, in mammalibus praecipue occurrit, quorum collum breve est.

Digitized by Google

3. Linke Kopfarterie.
4. Linke Schlüsselbeinarterie.
D. Absteigender Theil der Aorte.

Fünfte Figur.

Sehr oft entspringen zwei Stämme aus dem Aortenbogen, von denen der erste grössere die rechte Schlüsselbein-Arterie und beide Kopfarterien abschickt, der zweite kleinere aber die linke Schlüsselbein-Pulsader darstellt.

a. a. a. a. Das in der Mitte durchschnittene Brustbein eines erwachsenen Mannes.
b. b. Brustbein-Portionen der Kopfnicker.
c. c. Schlüsselbein-Portionen derselben Muskeln.
d. d. Schilddrüse.
e. Luftröhre.
f. Linkes Brustfell.
g. Rechtes Brustfell.
h. Stamm der Lungenarterie.
i. Rechter Ast der Lungenarterie.
k. Linker Ast derselben Arterie.
l. Stamm der Aorte.
m. Gemeinschaftlicher Stamm, der zuweilen länger als auf der Abbildung ist.
n. Rechte Schlüsselbein-Arterie.
o. o. Rechte Kopfarterie.
p. p. Linke Kopfarterie in schräger Richtung über die Luftröhre gehend.
q. Linke Schlüsselbein-Arterie.

Diese Gefäss-Abweichung, von manchen älteren Anatomen als Norm abgebildet oder beschrieben, wurde in

Digitized by Google

3. Arteria carotis sinistra.
4. Arteria subclavia sinistra.
D. Aorta descendens.

Figura V.

Persæpe duo tantum trunci ex arcu aortæ profecti reperiuntur, quorum prior et major ex utraque carotide, et arteria subclavia dextra, componitur, posterior et minor subclaviam sinistram constituit.

a. a. a. a. Sternum viri adulti in media parte dissectum.

b. b. Portiones sternales musculorum sterno cleido-mastoideorum.
c. c. Portiones claviculares eorundem musculorum.
d. d. Glandula thyreoidea.
e. Trachea.
f. Pleura sinistra.
g. Pleura dextra.
h. Truncus arteriæ pulmonalis.
i. Arteria pulmonalis dextra.
k. Arteria pulmonalis sinistra.
l. Truncus aortæ.
m. Arteria innominata, quæ interdum longior observatur.

n. Arteria subclavia dextra.
o. o. Arteria carotis dextra.
p. p. Carotis sinistra, quæ oblique tracheam transit.

q. Subclavia sinistra.

Hæc varietas, quam non nulli veteres anatomici tanquam normam et regulam vel delinearunt vel descripse-

Digitized by Google

neuerer Zeit oft beobachtet. Petsche [a]) fand sie in einem weiblichen Körper. Neubauer [b]) sah sie zweimal bei Erwachsenen und einmal bei einem neugebornen Kinde. J. J. Huber [c]) bemerkte sie in einem sechsjährigen Mädchen, und in einem zwölf Tage alten Knaben. Ausserdem wurde sie wahrgenommen von J. F. Meckel [d]), Vinc. Malacarne [e]), Walter [f]), Scarpa, Burns [g]), Ryan [h]) und J. F. Meckel dem Enkel [i]). Ich habe diese Varietät, sowohl in männlichen als weiblichen Körpern, die ich in Landshut zergliederte, ungemein häufig gefunden, seltener aber nahm ich sie in Marburg, Würzburg und Heidelberg wahr [k]).

---

a) Sylloge anatomicarum selectarum observationum. Hal. 1756. p. 14.

b) Descriptio anat. Art. innominatae et thyreoideae imae. Jenae 1772. §. 11. Tab. 2. Fig. 1.

c) Act. Helvetic. Vol. 3. p. 71. Tab. 3. Fig. 1.

d) Epist. ad Hallerum. Vol. 5. p. 140.

e) Osservaz. in Chirurgia P. 2. p. 128. Tab. 1. Fig. 3.

f) Nouveaux Mém. de l'Acad. de Berlin. Ann. 1785. p. 61. Tab. 2. Fig. 5.

Es wundert mich, dass Walter diese Abweichung zu den sehr seltenen zählt.

g) Von den Herzkrankheiten, a. d. Engl. Lemgo 1815. S. 324.

h) Diss. de quarundam arteriarum in corpore humano distributione. Edinb. 1812. p. 2.

i) Tabul. anatomico-pathologic. Fasc. 2. Tab. 10. Fig. 11. Handbuch der pathologischen Anatomie B. 2. Abth. 1. S. 131. Er versichert diese Varietät zwolfmal gesehen zu haben.

k) In vielen von mir untersuchten Säugethieren sah ich aus einem gemeinschaftlichen Stamm des Aortenbogens beide Kopfarterien und die rechte Schlüsselbein-Pulsader entspringen; in Thieren aus der Ordnung der vierhändigen, namentlich beim Orang-outang, dessen Herz ich zu Leiden in der Sammlung Sandifort's sah; ferner bei Simia entellus, inuus, capucina, paniscus, sabaea, rubra, rhesus, nemestrina und maimon. Denselben Typus bemerkte Daubenton bei Simia inuus (a. a. O. T. 14. p. 119.), maimon (p. 185.), cynomolgus (p. 198.), faunus (p. 253.), fuliginosa (p. 250.), sabaea (p. 279.) und paniscus (T. 15. p. 50.).

Digitized by Google

runt, recentioribus temporibus sæpe observata est. Petsche [a]) animadvertit in cadavere feminino. Neubauer [b]) eandem bis in adultorum corporibus, semelque in recens nato infante vidit. Simile quid in cadavere puellæ sex annorum, et in puero duodecim dierum observavit J. J. Huber [c]). Præterea hæc varietas animadversa est a J. F. Meckel [d]), Vinc. Malacarne [e]), Walter [f]), Scarpa, Burns [g]), Ryan [h]), et J. F. Meckel (nepote) [i]). Ego hanc dispositionem in corporibus, tam masculinis quam femininis, quæ Landishuti perlustravi, sæpissime vidi, raro vero in iis, quæ Marburgi, Wirceburgi et Heidelbergæ secui [k]).

a) Sylloge anatomicarum selectarum observationum. Hal. 1756. p. 14.

b) Descriptio anat. Arteriae innominatae et thyreoideae imae. Jenae 1772. §. 11. Tab. 2. Fig. 1.

c) Act. Helvetic. Vol. 8. p. 71. Tab. 3. Fig. 1.

d) Epistolae ad Hallerum. Vol. 3. p. 140.

e) Osservaz. in Chirurgia P. 2. p. 128. Tab. 1. Fig. 3.

f) Nouveaux Mém. de l'Acad. de Berlin. Ann. 1785. p. 61. Tab. 2. Fig. 5.
Miror, Walterum hanc varietatem rarissimam vocare.

g) Von den Herzkrankheiten, a. d. Engl. Lemgo 1813. S. 324.

h) Diss. de quarundam arteriarum in corpore humano distributione. Edinburg 1812. 8. p. 2.

i) Tabulae anatomico-pathologicae Fasc. 2. Tab. 10. Fig. 11. Handbuch der pathologischen Anatomie B. 2. Abth. 1. S. 151. Asserit, se hanc varietatem duodecies vidisse.

k) In multis mammalibus a me investigatis ex trunco anonymo arteriae aortae utramque carotidem et subclaviam dextram emergentes observavi; in animalibus ex Quadrumanorum Ordine v. gr. in Simia satyro, cujus Cor Lugduni Batavorum in Museo anatomico Celeberr. Sandifort asservatum, conspexi, in Simia entello, inuo, capucina, panisco, sabaea, rubra, rhesó, nemestrina et maimone. Eundem typum vidit Daubenton in Simia inuo (l. c. T. 14. p. 119.), maimone (p. 183.), cynomolgo (p. 198.), fauno (p. 235.), sabaea (p. 279), fuliginosa (p. 250.), et panisco (T. 15. p. 30.).

Digitized by Google

Die aus dem gemeinschaftlichen Stamme entspringende linke Kopfarterie steigt immer in schräger Richtung zwischen dem Griff des Brustbeins und der Schilddrüse vor der Luftröhre aufwärts; daher hat der Wundarzt, welcher die Operation des Luftröhren-Schnitts vornehmen will, diese Abweichung wohl zu berücksichtigen, damit er die Arterie nicht einschneide.

Sechste Figur.

Stellt eine Abweichung dar, die ich in einem achtmonatlichen mit Hasenscharte gebornen Fetus fand.

a. Aorte.
1. Rechte Kopfarterie.
2. Gemeinschaftlicher oder ungenannter Stamm.
3. Linke Kopfarterie.
4. Linke Schlüsselbein-Arterie.
5. Wirbelarterie der linken Seite.
6. Rechte Schlüsselbein-Arterie aus dem Brusttheil der Aorte entspringend.
7. Rechte Wirbelarterie.

Unter den Raubthieren fand ich diese Anordnung beim Hund (a. a. O. Fig. 3), Fuchs und Wolf, bei der Katze (a. a. O. Fig. 3.), beim Löwen, bei dem Haus- und Feld-Marder, beim Hermelin, rothen und braunen Rüsselträger, Waschbären und Dachs. Nach dem Zeugniss Daubenton's kommt sie vor bei der Hyäne (T. 9. p. 285.), dem Pander (p. 181.), Jaguar (p. 212), Luchs (p. 243.), Caracal (T. 12. p. 445.), Zibeththier (T. 9. p. 322.), der Fischotter (T. 7. p. 143.) und dem Bären (T. 8. p. 271.)

Endlich sah ich sie auch als Norm bei den meisten Nagethieren, z. B. im Hasen (a. a. O. Fig. 6), Kaninchen, Stachelschwein, Bieber und Murmelthier. Daubenton beschrieb sie vom Palm-Eichhörnchen (T. 10. p. 135.), Meerschweinchen (T. 8. p. 11.) und fliegendem Phalanger (T. 13. p. 98.) und Pallas vom Klippdas (Miscellanea zoologica p. 43.).

Digitized by Google

Carotis sinistra ex anonyma originem ducens semper tracheam inter manubrium sterni et glandulam thyreoideam oblique transit, qua de caussa in instituenda operatione tracheotomiæ anterior colli facies a chirurgo caute perlustranda et exploranda est, ne hanc arteriam incidat.

Figura VI.

Sistit varietatem, quam in fetu octo mensium, labio leporino laborante, observavi.

a. Arteria aorta.
1. Carotis dextra.
2. Truncus anonymus.
3. Carotis sinistra.
4. Subclavia sinistra.
5. Arteria vertebralis ejusdem lateris.
6. Arteria subclavia dextra ex aorta thoracica emergens.
7. Arteria vertebralis dextra.

In animalibus ex Ordine ferarum illam vasorum dispositionem inveni in Cane domestico (l. c. Fig. 3.), vulpe et lupo, Fele cato (l. c. Fig. 5.), et leone, Mustela foina (Fig. 4), marte et erminea, Nasua subfusca et rufa, Lotore et Mele. Praeterea occurrit, teste Daubenton, in Hyaena (l. c. T. 9. p. 285.), Fele pardo (p. 181.), onca (p. 212.), lynce (p. 248.), caracal (T. 12. p. 445.), Viverra Zibetha (T. 9. p. 322.), Lutra vulgari (T. 7. p. 143.), et Urso (T. 8. p. 271.).

Tandemque conspexi in plerisque Gliribus, v. gr. in Lepore timido (Fig. 6.), cuniculo, Hystrice cristata, Castore et Mure alpino. Daubenton descripsit e Sciuro palmarum (T. 10. p. 135.), Cavia porcello (T. 8. p. 11.), et Phalangista (T. 13. p. 98.), Pallas ex Hyrace capensi (Miscellanea zoologica p. 43.).

Digitized by Google

8. Untere Schilddrüsen-Pulsader.
9. Quere Nackenarterie.
10. Innere Brustarterie.

Siebente Figur.

Zeigt eine Abweichung die ich zu Landshut in dem Leichnam eines erwachsenen Mannes fand.

A. Aorte.
B. Gemeinschaftlicher Stamm.
1. Schlüsselbeinarterie der rechten Seite.
2. Kopfarterie derselben Seite.
3. Linke Kopfarterie.
4. Linke Wirbelarterie.
5. Schlüsselbein-Pulsader der linken Seite.
C. Bruststück der Aorte.

Achte Figur.

Man erblickt den Aortenbogen, aus dem sich ein gemeinschaftlicher Stamm für beide Kopfarterien erhebt. Die Schlüsselbein-Arterien entspringen einzeln für sich, so zwar, dass die linke in der Mitte liegt, die rechte aber auf der linken Seite ihren Ursprung nimmt. Diese Abbildung ist aus Walters Beobachtung entnommen.

A. Aufsteigender Stamm der Aorte.
B. Gemeinschaftlicher Stamm der Kopfarterien.
1. 1. Kopfarterie der rechten Seite.
2. 2. Kopfarterie der linken Seite.
3. Linke Schlüsselbeinarterie.
4. Rechte Schlüsselbeinarterie, welche hinter jenen Stämmen nach der rechten Seite verläuft.
C. Brusttheil der Aorte.

Digitized by Google

8. Arteria thyreoidea inferior.
9. — transversa colli.
10. — mammaria interna.

Figura VII.

Exhibet varietatem, quam Landishuti in cadavere hominis adulti vidi.

A. Arteria aorta.
B. Truncus innominatus.
1. Arteria subclavia dextra.
2. Arteria carotis dextra.
3. Arteria carotis sinistra.
4. Arteria vertebralis sinistri lateris.
5. Subclavia sinistra.
C. Aorta thoracica.

Figura VIII.

Monstrat arteriæ aortæ arcum, ex quo truncus ambarum carotidum exsurgit, subclaviarum vero utraque peculiarem truncum constituit, ita quidem, ut sinistra in medio sit, dextra autem in sinistro latere proveniat. Haec figura ex observationibus Walteri depromta est.

A. Aorta ascendens.
B. Truncus communis carotidum.
1. 1. Carotis dextra.
2. 2. Carotis sinistra.
3. Arteria subclavia sinistra.
4. Arteria subclavia dextra, pone illos truncos, ad latus dextrum tendens.
C. Pars thoracica aortæ.

Digitized by Google

Abweichungen der Gefässe der Art sind von Hunauld [a]), Hommel [b]), Neubauer [c]), J. F. Meckel [d]), Walter [e]) und J. F. Meckel (dem Enkel) [f]) beschrieben worden. Die rechte Schlüsselbein - Pulsader läuft gewöhnlich hinter der Speiseröhre und Luftröhre zum rechten Arm; in dem Fall jedoch, welchen Walter beschrieb, begab sie sich vor der Luftröhre zu ihrem Arm.

Neunte Figur.

